



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De nonnullis aliis defectibus occurrentibus in Missa §. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Si quaeratur autem quid agendum sit, si alia Hostia haberi non possit, vel difficillime, vel cum populi offensione (idem dic de vino) Respondendum est finiri sic debere a Sacrum cum una solum specie, ita tamen, ut iuxta Rubricas & praetermittentur verba, & signa, quae pertinent ad speciem deficientem. Ratio est, quia, quod est multum difficile, reputatur moraliter impossibile, & insuper strictius est eius naturale, quam ius, quod est solum divinum: Veritate autem notabilem offensionem plebis, est de iure naturae integritas Sacrificij, solum, de divino.

§. VIII.

De nonnullis aliis defectibus occurrentibus in Missa.

NON meminit hic S. Thomas, nec consequenter Cochin, de nonnullis aliis defectibus.

a Azor p. 1. lib. 10 c. 33. q. 6. b Rubr. Miss de defectu vini num. 8. c. Idem Azor ibi.

bus, qui & occurrere possunt, & habentur in Rubricis Missalis, quod tamen ad complementum tractationis, nostrum erit in hoc §. breviter colligere.

Quando Sacra Hostia, vel eius fragmenta decidunt.

ET primo quidem, quid agendum, si Hostia, vel eius fragmentum dilabatur in terram inliguum, vel quid simile solidum? Reverenter accipiat, locus mundet, aliquantulum abradatur, pulvisque, seu abrasio in Sacrarium mittatur. Quod si ceciderit extra Corporale, in Mappam, seu quodcumque linteum, pannum, lanam, sericum, &c. diligenter lavetur, ac lotio in Sacrarium effundatur, ut in simili de effuso sanguine diximus supra §. 7. v. 1.

2. Sed quis lavabit? Certe Sacerdos: verum puto in rigore; Clericum, vel Sacristam posse, (cum par sit

fit ratio) qui potuit supra & lavare Corporalia, & Purificatoria. Addo tamē id intelligi, quando est lavandum aliquid ex tactu Sacrae Hostiae nam illud, supra quod effusus est Sanguis, omnino à sacerdote, vel saltē (si sacerdos forte non possit) à Diacono est lavandum. Ratio est, quia per se, & semper in hoc casu est contingendus Sanctissimus Sanguis in panno imbibitus, quod non est ibi, nec in lotionē Purificatorij, in quo esse imbibitum aliquid Sanguinis est raro, & per accidens, ut diximus lib. 1. c. 2. §. 1. n. 8.

3. Torsit olim sacerdotem fragmentum Sacrae Hostiae, quod per collum cecidit in partes interioris tunicæ cuiusdam Mulieris. Rursus, quod, alia vice cecidit in barbā viri, dum communicarent. Profecto in his casibus honestatis, & decentiæ ratio maximè est habenda, quod si per accidens fragmentum deperdatur, Deo, & Angelis comman-

2 Supr. lib. 1. c. 2. §. 2. n. 1.

menderetur. Potuit ergo mulier illa
ex se videre, an fragmentum inve-
niri, & ab extractis à se parumpet
vestibus, & foras modeste expor-
ctis, à sacerdote accipi: secus, ipsa
Mulier accipiat, immittat in Piri-
dem, digitosque laver, proiecta in
Sacrarium lotionem. Neutrū, si pos-
sit, relinquatur. Immo, si sacerdos
solus vidit parvū fragmenti casum,
& probabiliter advertit fore nota-
bilem Mulieris turbationem, vel a-
stātium offensionem (id quod cer-
tè regulariter adest) si de re mulier
advertatur, nihil dicat sacerdos, sed
totum remittēs Deo, progrediat
in suo Ministerio, hoc enim nunc
requirit ipsa reverentia, & cultus
Sacer. Simile quid de illius viri bar-
ba dicendum est, si enim sacerdos
modeste potest, & sine viri offen-
sione accipiat; secus, Deo commē-
der; Quod si potuit accipere, ne de-
inde sit sollicitus, tentare, vel præ-
cipere prædictæ barbæ lotionem,
melius enim est vitare turbationē.

Fide-

Fidelium, quam Rubricarum apicem, ejusmodi cautelas præcipientem observare. Ex his, similia quæ facile occurrere in dies solent, ex ipse colligere potes.

*Quid si Sacramentum evomit
contingat.*

4 **S**I sacerdos evomat Eucharistiam, species autem integræ appareant, reverenter assumantur, nisi nausea fiat, secus separentur, & in loco Sacro reponantur, donec siccentur, seu corrumpantur; tunc enim comburendæ sunt & cineres in Sacrarium proiciendi. Si species non appareant, & corruptæ iam iudicentur, totus vomitus similiter comburatur, cineresque in sacrarium immittantur. Ex quo apparet nō esse audiendū Paludanū, g &

*a In Rubric. Miss. de defec. occur.
num. 14.*

a & Sylvestrum b putantes esse Sa-
 crilegium Species comburi; solum
 enim id verum habet, si sub illis est
 Christus Dominus, nō vero si ex-
 ficcatis, quando Dominus ibi esse
 desit.

5 Adverte tamen tunc solum esse
 licitum eiusmodi vomitum provo-
 care, quando cognoscit sacerdos,
 quod species à se sumptæ, veneno,
 seu simili rabe fuerint infectæ: de
 qua tota re diximus a in Opusculo
 de expedienda Communione.

*Quando Hostia est confracta, & quan-
 do eiusdem Particula remanet in
 fundo Calicis,*

5. SI Hostia appareat fracta ante
 consecrationē post oblatio-
 nem (idem dic de quacumque simi-
 li macula accidentali) non est in-
 conve-

a Palud. apud Gavant in Rubr.
 Miss. pa. 3. c. 10: nu 6 b Sylvest. apud
 eund. ibid. c Opusc. de exped, com. c. 3.
 §. 4.

conueniens, eam consecrare, nisi forte populo scandalum sit: tunc enim alia accipienda esset, & oblatione mente concepta, offerenda, de illa autem, quæ fuit oblata; fiat illud quod diximus supra c. 7. §. 5. n. 5. Si appareat fracta ante oblationem, accipiat altera integra, si citra scandalum, vel longam moram fieri poterit, secus eadem, sine scrupulo utaris.

7 Si assumendo sanguinem, particula remanserit in Calice, digito eam ad labium Calicis adducito, & sumito: vel quod decentius est, vinum infundito, & sume: immo si sit necesse bis, ter, vel amplius vinum infundere, & sumere, id facere poteris sine timore fractionis jejunii naturalis, ut alibi dictum est.

Gg

Quan-

a In Opusc. de exped. com. c. 2. §. 8.
1767. 38.

*Quando Sanguis, vel vinum
congelatur.*

Disponit Rubrica, quod si sanguis hieme congelatur in Calice, involvatur Calix panis calefactis, si id non perficiat, ponatur in ferventi aqua prope Altare, dum modo in Calicem aqua non intret, donec liquefiat.

9. Sed quid fiet si sanguis congelatus etiam adhibito igne liquefieri nequeat? vel quid, si, ne ignis quidem haberi possit, vel quia disponit Rubrica, cum notabili effusione populi, fieri debent?

Suarez a recte sic in calumonia, ut digito reversetur comminatur: nam sic in particulas redactus assumi poterit. Si pars sanguinis valide congelata, pars vero liquefacta sit, sufficeret hanc liquefactam partem

a Suarez de sacr. disp. 85. sect. 3. 3.
occidere.

tem assumere, illam vero, ut potest, deglutiri.

10 De congelato vino aliqua sunt declaranda. Primo si vinum congelatur; licebitne illud consecrare? Dico nequaquam (saltem ex congruentia) licere, quia est contra consuetudinem. An sit peccatum dicam mox n. 14. Adde nonnullos dubitare, ut mox dicemus, an vinum sic affectum sit apta consecrationis materia. Apponatur igitur aliud, cum non expediat illud vicariis solvere & consecrare, quia aliqui putant per congelationem vinum substantialiter fuisse corruptum, id quod licet falsum ex meliori sententia sit, ut mox videbimus, tamen ob reverentiam Sacramenti, si aliud vinum commodè potest haberi, non est cur hoc illi non preferatur.

11. Secundo. Si dum actu congelatum existit, consecraretur, valide ne consecraretur? quod est qua-

G g 2

rere

rere an vinum actu congelatum sit
materia consecrationis?

Validè consecrari merito docet
Vasquez, a Suarez, b Coninch, c
Layman, d Hurtadus e aliique. In-
valide tenent Henriquez f Ledes-
ma, g Alanus, h & alij. Ratio ho-
rum est, qui putat vinum per con-
gelationē, semper, vel fere semper,
substantialiter corrumpi. Ratio il-
lorum est, quia falsum est per con-
gelationem ordinariam substantia-
liter corrumpi vinū, sicuti nō cor-
rumpitur aqua, aliique humores.
Cuius rei clarum signum est, quod
deinde liquefactum, adhuc, quam-
vis aliquantulum remissè, easdem
habet qualitates, quas prius, sapo-
rem, virtutem, immo, & frequen-
tissime, colorem.

12. Obijciunt Primo, vinum
congelatum non est actu potabile:

Secun-

a Vasqu. b Suarez. c Coninch.

d Layman. e Apud Hurtadum de
Euch. disp. 2. diff. 6 f Henriqu. g Le-
desma. h Alanus. i apud Hurtad.

Secundo, aqua congelata non est apta materia Baptismi, ergo nec vinum congelatum est apta materia Eucharistiæ. Tertio, uva, quia non est proximè probabilis, non est materia consecrationis: at vinum congelatum non est proximè potabile ergo, &c.

Respondemus Ad Primum. Satis est si vinum congelatum, sit ex natura sua potabile. Ad secundum, Aqua congelata non potest facere lotionem, quæ est proxima Baptismi materia, &c. Ad Tertiū uva non est vinum, ideo nec materia. Vide fusius apud citatos.

13 Tertio, si vinum congeletur ante consecrationem, nec aliud liquefactū haberi commode potest relinquendane est Missa? Dico si processum solum fuit usque ad Canonem exclusivè, satius esse relinquere, monito, si opus sit, populo, de defectu, ad ejus offensionem avertendam: at si inceptus fuit Canon, progrediendum porro est, quia

Canone incepto, censetur inceptū substantialiter Sacrum, unde cum probabilissima sit opinio tale Vinū esse aptam materiam consecrationis, nō apparet ratio, cur Sacrificiū relinquendum sit imperfectum, et vero ante Canonē, cum non sit incepta substantia sacrificii, consultius erit sacrificium omittere, quā inconsueta illa materia uti: Videtur tamen, quæ mox dicam nu. 15. De Vinō illo congelato, si oblatum fuerit, fiat illud, quod supra diximus in simili c. 7. §. 5. nu. 3.

14. At quo peccato delinqueret, qui sine prædicta necessitate, sed tamen sine contemptu Vinum congelatum consecraret? Coninch docet peccare mortaliter his verbis. *Graviter tamen peccaret qui vinū congelatum consecraret, ut omnes faterentur* Sed profectō, non omnes faterentur. Satisque sit ad destruendam hanc universalem; quod non fatea-

a Coninch. de Euch q. 74. ar. 5. m. 127.

cur Vasquez *a* Is allatus, approba-
tusque ab Hurtado *b* docet non es-
se peccatum in vino congelato cō-
secrare, quamvis sit contra consue-
tudinem Ecclesiæ, & ratio est (in-
quit Hurtadus) quia nec est contra
prohibitionem aliquam latam nec con-
tra consuetudinem, quæ servetur ut ne-
cessaria, & obligans.

Atque ex hac fortasse senten-
tia motus Layman *c* docuit, si vi-
num post oblationem adverratur
modicè congelatum, ut facile re-
solvui possit, nullaq; appareat acci-
dentium mutatio, cōsultius fore, si
illud cōsecratur, quàm si mutetur: id
quod ampliat quod modo diximus
num. 13. quia communiter in tam
parva mora non solet in Calice
tam fortiter, & presse vinum con-
gelari, ut in materiam ineptam abis-
ce possit.

G g 4

Quid

a Vasq de Sac. disp. 175. c. 2. n. 18.

b Hurtad. de Euch. disp. 2. diff. 9.

fine. *c* Laym. de Euch. lib. 5. tr. 4. c. 2.
num. 6.

*Quid fiet, si Sacrificatio desit Hostia
grandior suppetant tamen
Particula.*

10 **R** Vfticabar olim cum colle-
ga meo P. Stephano Tur-
tureti, in nostro prædio Missanen-
fi ad lectiones Theologicas in va-
cationibus Autumnalibus, de mo-
re, per otium, prævidendas. Semel
ergo cum dictus P. ad Missam fa-
ciendam, omnium Sacerdotum
ibidem commorantium, postremus
accideret, Hostiamque grandiorē
nullam inveniret, ac de ea, ob di-
stantiam Civitatis, providere sibi
non posset; nec eo die, tamen si feria,
Sacrificio privaretur, parvam for-
mulam, quæ in promptu fuit, sine
ulla hæsitacione, ad sacrificium ad-
hibuit. Affuerunt statim ad me ju-
niores quidam, qui, & ipsi tunc ru-
riaderāt, interrogantes, an id à Pa-
tre, nulla præsertim existente, præ-
tereius devotionem causa, factum

rite

rite fuerit. Respondi, ipsos, rite a-
gestum id esse, ex eo solum sibi per-
suadere debuisse, quod Pater eius-
modi, rante scilicet doctrinæ, tan-
que virtutis id effecerit. Ratio,
dicebam inter ceteras, est, quia nec
ullum præceptum adest, nec ullam
constat esse consuetudinem, ut o-
bligantem de consecranda Hostia
majore, vel minore; utrobique e-
nim Sacrificium æque perficitur.
Quod si gravis offensio aliqua im-
peritorum aliquando timeatur, fa-
cile de rei veritate instrui poterunt
& in casu nostro, sine ulla expressa
instructione, una ipsa Patris aucto-
ritas id facientis, ad offensionem
illorum, qui aderant, quique uni-
versi hominis doctrinam, integri-
tatemque probe noverant, averten-
dam, satis superque fuerat.

An

a Supponit ex Marchantio Diana
l. 5. r. 14. ref. 96 §. Sed non de sacram.

*An celebrans possit assumere parvam
formulam, & grandiore
reservare?*

SED ecce tibi aliam questionem
Si id licet, licetne sacerdos as-
sumere particulam parvam, & gra-
diorē conservare in Pixide, ad il-
lam v. g. exponendam in Oratione
quadraginta horarum, si forte al-
iam grandiorē habere, ad hunc
finem, non possit?

18 Dico esse distinguendum. Vel
enim hic Sacerdos consecravit in
ea Missa, tum Particulas parvas, tū
Hostiam grandiorē, vel solum con-
secravit ipsam majorem, inveniu-
tur tamen parvæ præconsecratæ in
alia præcedenti Missa. Si prius, li-
cet sacerdoti parvam sibi sumere, &
majorem reservare: si posterius, nec
licet. Ratio est, quia sacerdos de-
bet communicare de suo sacrificio
Nam, ut habet Textus. *a* *Quale*

a C. relatum 1. 2. de consecr. disp. 1.
Vide, quæ diximus in 2. Opusc. de
Co. c. 6. §. 6. n. 31.

erit illud Sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscatur? quod facit in casu priore, non vero in posteriore.

19 Hinc aliqui Parochi, dum renovant Eucharistiā, si consumunt, Hostia ab alio præconsecratam, eam vero, quam ipsi consecrant, reponunt in lactario, ritè nequaquam faciunt, suntque ab Episcopis, & a doctoribus corrigendi. Obiicis. At Henriquez, *a* & Fagundes *b* asserunt fieri id licitè posse. Respondeo. At Delugo, *c* qui quæstionem hanc solidè tractat, hos parum Theologicè, & contra omnes Doctores de hac re esse loquutos, merito probat.

Dices. At jam participat de suo sacrificio, dum participat de eodem Christo, quæ est Hostia eadem in omni-

a Henrig apud Delugo mox citandi.

b Fag apud eund. *c* Delugo de Euchar. disp. 19. sec. 4. num. 75. aliique apud ipsum legi etiam Dianam p. 5. tr. 12. res. 96.

omnibus; nam propterea si occurrat mori celebrantem, facta consecratione, potest, immo debet alter Sacerdos Missam absolvere, & præconsecratam ab alio Hostiam consumere: Die item Parasceve alius Sacerdos potest consumere Hostiam ab alio die præcedenti consecratam.

Respondeo in prioribus dictis casibus, quos urges, adest summa necessitas perfectionis Sacrificii, in posteriore adest dispensatio Ecclesiæ. Nos autem non asseruimus illud esse contra omnimodam Sacrificii integritatem, sed esse contra morem, & ordinationes Ecclesiæ volentis juxta ipsius Sacrificii requisita, ut Sacerdos participet de Sacramento à se confecto: ipsa vero in hoc solum dispensavit, urgente illa necessitate, & stante illo Passionis Dominicæ mysterio exhibendo, non autem stantibus aliis levioribus occasionibus, quales essent dicti casus expositionis, &

renova-

renovationis Eucharistiæ, quorum primo facile occurri potest, exponendo in Pixide, seu Sphæra parvam Hostiam existentem in Sacratio; secundo autem, consecrando aliquot Particulas cum Hostia maiore, hæc enim assumpta, & consumptis veteribus formulis, reservari in Sacratio recenter consecratae ritè poterunt.

An celebrans possit elevare Hostiam non à se consecratam.

2. **S**uboritur item alia questio. Quidam in sua Missa, ob prædictum grandioris Hostiæ defectum, consecravit parvas particulas; timens autem populi offensionem in elevatione sacramenti consueta, elevavit ob suam cautelam, Hostiam grandiore præconsecratam, quæ forte in Sacratio pro Oratione 40. horarum servabitur: Queritur, an id ritè factum fuerit?

H h

21. Mar.

21. Marchantius, negat id esse ritè gestum. Consentitque Diana, a cum enim (ait) in Missa debeat exhiberi populo adoranda eadem Hostia, quæ in ea Missa consecratur, & offertur, talis cautela prædicti Sacerdotis approbanda non est: *melius tamen meo iudicio fecisset* (addit Marchantius) *si majori isti Hostia alteram parvam per illud Sacrificium consecratam simul adiunxisset quod facile fieri poterat, exhibendo utramque adorandam* Hæc ille.

22. Prof. Etò, ut sunt hominum ingenia diversa, puro minus approbandâ hanc posteriorem Marchantii cautelam, quam priorem illius Sacerdotis sum 20 dictam: Inquiramus enim, quodnam præceptum urget, vel obligans consuetudo ostendendi eadem Hostiam adorandam, quæ in eadem Missa consecrata fuit? Fateor ita esse observandum, cum Rubricæ semper supponant eandem

quam

a Diana ibid. citans. March.

quam consecravit, debere Sacerdotem populo venerandam elevare: at intercedente causa, qualis in casu nostro satis rationabilis apparet, ne cogatur Sacerdos populum instruere, qui fortasse de ostensione minoris Hostiae offensus fuisset, vel quid simile, non video cur talis Rubrica solum directiva negligi sine culpa non possit, ut accidit in omnibus similibus directivis, quando adest rationabilis negligendi causa, ut ex supradictis c. 5. §. 2. colligi potest. Quod si potest, jam superfluum erit posterius illud remedium conjungendi parvam cum Hostia grandiore. Adde hoc posterius esse, saltem implicite, contra, vel extra Rubricas, per quas numquam ostenditur, nisi una grandior Hostia, quare tu, conjungendo duas, non facis juxta Rubricas, ego ostendendo præconsecratam nec facio juxta easdem, ergo pares sumus, ergo saltem non erit unum altero consultius.

23. Illud certe probandum nullo pacto est, quod quidam Parochus, dum ei Hostia grandior cōsecrata non suppeteret, ad eam exponendam in oratione quadraginta horarum imprudenter egit. Parvamenium consecratam Hostiam affixit Hostiæ grandiori non consecrata, & ita simul exposuit, ne scilicet parva formula in sphærule apparetet populo, qui sacerdotem de negligentia præparandi maiorem reprehēdisset. Hoc, inquam, nō est probandum, quia esset periculum Idolatriæ, quamvis materialis, (cum fideles adorent totum illud, quod expositum est per modum vnius) quod nullo modo licet, vt in simili de Parocho ostendente Particulam consecratam, & deinde ministrante peccatori occulto Particulam non consecratam alibi dictum a est, & videri potest apud Delugo. ^b

Quam.

a In Opusc. de exp. com. c. 2. §. 2. n. 22. b Delugo de Sacr. disp. 8. sect. II. n. 188.

*Quando disparet Hostia consecrata,
nec alia consecranda haberi possit,
Quid melius, abire sine com-
munionem Corporis, an as-
sumere præconsecratam?*

¶ **4** Denique decernamus, si quando dispareat per miraculum, vel ab animali, seu vëto auferatur Hostia consecrata, dum dicitur Missa, nec haberi possit alia, siue parva, siue magna (quæ certè si posset haberi, consecranda ad integrandum sacrificium omnino esset, ut supra vidimus) si inquam, id occurrat, & sint in Sacratio repositæ particulae præconsecratæ, quid fiet melius, vnâ particulâ ex his præconsecratis assumere, an Missæ finem imponere cum sola sanguinis consumptione?

Puto melius esse, si Sacrificans assumat vnâ ex præconsecratis. Ratio est, quia, cum omnes sacer-

dotes sint Ministri representantes
unum Christum Dominum Sacer-
dotem principalem, & omnes Ho-
stie consecratae contineant unum
eundem Christum, ipsa met Hostie
præconsecratae ab alio Sacerdote,
habent aliquam tandem relationem,
& habitudinem ad hunc Sacerdo-
tem, atque ad hoc Sacrificium: qua-
re, in hac necessitate, convenienter
faciet Sacerdos, si assumat præcon-
secratam, quæ, quia, aliquo modo,
propter dictam habitudinem, ad
præsens Sacrificium pertinet, ejus-
dem complementum esse potest.

25. Dixi (in hac necessitate) nam
quamvis dicta convenientia videat-
ur probare, id etiam fieri posse, si-
ne necessitate; si enim præconsecra-
ta ad me nunc Sacrificantem perti-
net, possem consumere indifferenter
illam, relinquendo eam, quam ego
consecro, cujus contrarium ha-
ctenus docuimus: tamen, omnibus
consideratis, id non probat: Siqui-
dem, tum propter usum Ecclesiæ,
cer-

certè gravem : tum propter Sacros
a Canones disponentes, ut quilibet
Sacrificium suum consumat : tum
ex natura ipsa Sacrificii, cujus est
offerre simul, & consumere oblatum,
non possumus amplè, sed strictè in
sola nimirum necessitate ad dictam
convenientiam recurrere.

CAPUT VIII.

De externa recitatione Missæ.

§. I.

De dicendis elata voce.

I. **Q**Uæ, voce alta, præscribun-
tur dicenda in Missa, ita re-
citanda sunt, ut astantes commodè
audire possint. Si quis tamen ita, vo-
ce depressa, recitet, ut ii difficulter
audiant, licet non ritè faciat, tamen

H h 4 non

a C. Relatum. de consec. dist. 2. &
passim Rub. Mis.